

Band III., Nr. 910, Seite 412-413

Der Abt Arnold in Schöntal urkundet, wie Ritter Konrad von Biringen, genannt Schülin, sein gesamtes Grundeigentum daselbst an den Edlen von Allfeld übergeben, dieser solches gegen eine genannte Summe Geldes und einen jährlichen Leibzins für den Verkäufer und seine Frau an den Schultheißen Wilhelm von Wimpfen verkauft, der letztere aber es ihm selbst und seiner Kirche zu beständigem Eigentum übertragen habe.

Wimpfen, 1238. März 1.

In nomine sancte et individue trinitatis. Frater A. dictus abbas in Sconental, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, mori mundo et vivere Christo. Humane memorie mutabilitas ingeniique malignantis importunitas id deposcit, ut que fidelium devotio statuerit, litterarum testimoniis confirmetur. Hinc est, quod ad universorum notitiam, tam presentis etatis quam successure posteritatis, presentium tenore cupimus pervenire, quod Cûnradus miles de Biringen, cognomento Schüelin, omnem proprietatem bonorum suorum in Biringen tradidit in manus domini sui nobilis viri Alberti de Aleuelt, omni iuri quod in eis habuit renunciando. In continenti vero dictus A. de Aleuelt eadem bona vendidit domino Willehelmo, sculteto de Wimpina, pro XXXIII^{or} marcis et quodam annuo censu, scilicet pro X maltris siliginis et X avene, pro V maltris spelte et uno maltro pise, pro duobus talentis Hallensium, pro porco valente XV solidos, pro bove sub pelle et pro quarta parte vini. Quem censum dictus C. quoad vixerit percipiet annuatim. Eo vero mortuo uxor sua similiter tantum ad vitam suam eiusdem census percipiet dimidietatem. Sciendum preterea, quod predictus Albertus memorato Wilhelmo prescripta bona a qualicumque impetitione secundum iuris exigentiam liberare promisit. Hiis ita gestis ac fine debito terminatis sepedictus W. eadem bona per manus nostras ecclesie nostre in perpetuam tradidit proprietatem. Ne igitur hoc factum tam sollempne aliquorum temeritate infringi aut longinquitate temporis valeat obliterari, presentem cartam scribi ac sigillis iam sepedictorum A. et W. fecimus communiri. Testes: ego Arnoldus, abbas iam dicti cenobii Scontal, Heinricus maior cellerarius, Berengerus conversus eiusdem loci, dominus A. de Alevelt, Willehelmus de Wimpina, supradicti, Ludewicus de Horneke, Cûnradus de Rabensberc, Cûnradus de Steinah¹, Petrus frater eius, Diettherus de Horenberc², Vlricus de Nuenstein.
Acta sunt hec Wimpine, anno gratie M^o. CC^o. XXX^o. VIII^o., indictione XI^{ma}., kalendiis Martii.

¹Neckarsteinach.

²Hornberg, Neckarzimmern, MOS, oder Hornberg, Öhringen, KÜN ?

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An Pergamentstreifen hängen zwei herzförmige Wachssiegel, auf deren erstem drei gegeneinander gestellte Lilien, eine unterwärts und zwei aufwärts stehen und die Umschrift: + SIGILLVM . ALBERTI . DE . ALENVELT. Auf dem anderen befindet sich ein Adlerkopf samt Hals und der Rest der Umschrift: LVM . WILLELMI

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 253

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Wimpfen

Aussteller:

Arnold; Abt in Schöntal

Ortsindex:

Allfeld Wohnplatz (5973)
 Allfeld, Billigheim, MOS
 Bieringen Wohnplatz (2646)
 Bieringen, Schöntal, KÜN
 Hornberg Wohnplatz (2569)
 Hornberg Wohnplatz (6130)
 Hornberg, Neckarzimmern, MOS
 Hornberg, Öhringen, KÜN
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Neckarsteinach, HP
 Neuenstein Wohnplatz (2539)
 Neuenstein, KÜN
 Ravensburg Wohnplatz (5464)
 Ravensburg, Sulzfeld, KA
 Schloss Horneck : Gundelsheim HN
 Schloss Horneck Wohnplatz (1981)
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
 Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN